

circa Ecclesie persecutiones et victorias figurari; tum ut typus esset Christi, qui vocatur Admirabilis, Isaiae c. 9, v. 6. Idem docent Rabbini nonnulli. Audi Fer- nulum medium. I. 1 de Abdites rerum causis c. 11: « Litteris proditum, inquit, accepimus, quod primi pa- rentis custos angelus dictus sit Raziel, Abrabae Zakkiel, Isaac Raphael, Jacob Peliel (id est, Mirabilis Dei) Mo- sis Metratus, per hos interrumptos plurima illi divi- nitatis accepimus. » Verum haec Cabalistarum sunt vel conjectura, vel commenta. Nam haec verba, *quod est mirabile*, hoc loco delenda sunt, ut ea debent Ho- breaca, Graeca, et Latina Romana; habentur tamen illi Iudicium 15, 18, unde in hunc locum à scio quopiam traducta videntur.

Nobis angelus indicare nomen suum Jacobum, tum ne posteri eius illud adorarent, aut superstitione cole- rent. Fuerunt enim Judei in idolatriam et superstitionem valde proclives, tum quia angelus puri sunt spiri- tui ex mentes, qui vocalia nulla habent nomina, tum quia hic angelus representabat Verbum incarnationis, cajus nomen ante incarnationem fuit tacitum et ab- sconditum.

VERS. 50. — Et BENEDIXIT EI. Implicite et re ipsa, vocando eum Israel, benedixit angelus Jacobo v. 28, ut dixi; hic vero explicitè ei benedixit formans super eum crucem, similem signum, dicensque: Benedic tibi Deus, dñe tibi benedictionem Abram et semini eius promissam.

VOCATUR NOME LOCIS ILLIUS PHANUEL. Phanuel, vel, ut hebreice est, Phaniel, idem est quod facies Dei; pane enim faciem, et Deum significat. Hic postea adiuncta urbs, pariter dicta est Phaniel, quam Strabo gentilis lib. 19, faciem Dei appellat. S. Chrysostom. hom. 58, ex Septag. legit, vocavit Jacob nomen loci huius, Speciem Dei. Tunc enim Deus speciem hominis, postea ipsum homini veritatem et naturam assumpsit: « Præsignans, inquit, nobis, quod humanam naturam suscepturus eset. » Verum tunc quidem, quoniam initium et principia erant, in figura uniuersitatem illorum apparebat; sicut per Osce, c. 42, dicit: *Ego visiones multiplicaveri, et in manus Prophetae assimilatus sum. Quando autem dignaeris est Dominus humanam formam suscipere, non apparentem tantum carnem, sed veram induit.*

DICENS: VIDI DOMINUM FACIE AD FACIEM, q. d.: Vidi Deum in corpore humano, mihi ab angelo representa- tum. Certum enim est, Jacobum hanc nocturnam et ob- scuram specie, non vidisse divinam essentiam, immo nec Deum propriè, sed angelum Deum representantem in corpore assumptum. Secundum et melius: Vidi Dominum facie ad faciem, id est, communis cum angelo Deum re- presentante colluctatus sum et depugnavi, manum manu, pedem pedi, latus lateri contuli et conservavi. Sic enim ait Amasias rex ad Joas: Videamus nos, id est, bello commine decertemus, 4 Reg. 14, v. 8. Sic Joas vidit Pharaonem, cum in bello à Pharaone occisis est, 4 Reg. 23, 50.

Et SALVA FACTA EST ANIMA MEA: Nam, ut ait S.

Cyril. et Cajetan. *vetus erat persuasio, cum qui vi- disset angelum, moriturum, Unde Manue viso angelō: Morierum, inquit, quia vidimus Dominum, Iudic. 15, 22.* Hinc gratulatur sibi, se Deum vidisse, et tamen salvum esse. Secundum et planius S. Chrysostom. et Lipom. q. d.: Hac familiari Dei visione, benevolentiā et amicitia per ejus angelum, quem vidi, et cum quo lactum sum, liberatus sum metu fratris, omnique alio scrupulo et angore. Unde Osce c. 12, vertit: *Confortatus sum: deinceps enim Jacob non timui fratrem, sed animosè et fidenter ad illum perirex.*

Hinc Cassianus aliquę rerum spiritualium peritum docent, esse indicium boni angelii, si qui appareat, pri- mo hominem percellat, sed mox hominem consoletur, mestitiam omnesque mentis nebulas absterget, cor- boreat, seruum hilaremp̄ reliquat. Contrarium prorsus facit diabolus. Ita angelus apparuit Ioseph terribili specie, scilicet evaginatum tenens gladium, sed mox eum consolatus est et animavit dicens: *Sun principes exercitus Domini, et nunc venio, Josc. 3, 15.* Si Gedeson viso angelō perirens fuit, putavisse sibi mo- riendum esse, sed mox audivit: *Pax tecum, ne timas, non morieris*, Iudic. 6, 22. Sic Daniel viso angelō au- gustar formae, perirens corrut, et emarcut; sed mox ab eodem erectus et confortatus est, Daniel, 10, v. 8 et sequent. Sic mulieres venientes ad Christi sepul- crum, videntes angelum aspectu fulguris, obstopseruntur; sed mox ab eo audiuerunt: *Nolite expassere, Jesus natus Nazarenus crucifixum: surrexit, non est hic, Marci ult. v. 5.*

VERS. 51. — CLAUDICABAT, ex nerviō dolore et lusione. Gennadius in Catena putat Jacob deinceps etiam dūum permanuisse, et Helbrei tradidit eum à claudication tandem curatum esse, cūm pervenit in Sichem, sive Sichar, que in de Salem sit dicta, id est perfecta, Gen. 33, 18, cōquid illi perfectè incederet coepit Jacob. Verum melius conset Abulensis, Jacobem ab angelo tangentem et percussit illicē curatum esse, antequam postridiē perveniret ad Esau; eum enim maneret claudus et impotens, presertim sora fratre, cui prava- turus erat, iusta promissionem angelī?

VERS. 52. — NOS COMEDUNT NERVUM FILII ISRAEL. Sub nervo intellige musculum, à quo fenum moveatur et contrahitur. Nervus enim à multis, etiam gentilibus, comedti non solet. Ita Vatabi.

Allegoricē, nervus et caro Jacob significat carnalem sensum legis veteris, qui per lactum angelī, id est, Christi, cum Jacob, id est, Iudeus, erat resolvendus et luxandus. Hinc claudicare copit judaismus; quia una ejus pars, scilicet verus Israel, ivit sursum ad Chari- stum, per baculum (de quo v. 10) id est, crucem, ait S. August., haecque est benedicta à Christo; altera, quae Christo credere noluit, ivit deorsum, grata et gloria expers; hinc veri filii Israel non come- dit nervum littera et intelligentia carnalis legis, quae occidit. Ita S. Thomas et S. Augustinus serm. 80 de Temp.

Et SALVA FACTA EST ANIMA MEA: Nam, ut ait S.

CAPUT XXXIII.

1. Elevans autem Jacob oculos suos, vidit venientem Esau, et cum eo quadringentes viros; divisitque filios Liaz et Rachel, ambarumque famularum.

2. Et posuit utramque ancilam, et liberos earam, in principio; Liam verò et filios eius in secundo loco: Rachel autem et Joseph novissimos.

3. Et ipse progediem adoravit prouis in terram sepius, donec appropinquaret frater eius.

4. Currens itaque Esau obviā fratri suo, amplectans est eum; stringensque collum ejus, et osculans flavit.

5. Levatisque oculis, vidit mulieres et parvulos earam, et ait: Quid sibi volunt isti? et si ad te pertinent? Respondit: Parvuli sunt, quos donavit mihi Deus tuus.

6. Et appropinquantes ancilas et filii earam, incurvati sunt.

7. Accessit quoque Lia cum pueris suis: et cūm si- militer adorassent, extremi Joseph et Rachel adora- verunt.

8. Dixitque Esau: Quenam sunt iste turmae, quas obviā habui? Respondit: Ut invenirent gratiam coram domino meo.

9. At ille ait: Habeo plurima, frater mi; sint tua tibi.

10. Dixitque Jacob: Noli ita, obsecro: sed si inveni gratiam in oculis tuis, accipe munuscum de manibus meis: sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vulnus tuum.

11. Et suscepit benedictionem quam attulit tibi, et quam donavit mihi Deus tribuens omnia. Vix, fratre compelleunte, suscipiens,

12. Ait: Gradatim siuul, eroque socius itine- ris tui.

13. Dixitque Jacob: Nostri, domine mi, quod par- vulos habeam teneros, et oves et boves foetas, mecum; quis si plus in ambulando fecero labore, morientur una die cuncti greges.

14. Praecedat dominus meus ante servum suum: et ego sequar paulatim vestigia ejus, sicut video parvulos meos posses, donec veniam ad dominum meum in Seir.

15. Respondit Esau: Ote ro, ut de populo qui mecum est, saltem socii remaneant vite tua. Non est, in- quir, necesse: hoc unum tantum indigo, ut inveniam gratiam in conspectu tuo, domine mi.

16. Reversus est itaque illo die Esau itinere quo ve- nerat in Seir.

17. Et Jacob venit in Socoth, ubi adiuncta domo et fixis tentoriis, appellavit nomen loci illius, Socoth, id est, tabernacula.

18. Transiitque in Salem urbem Sichimorum, que est in terra Chanaan, postquam reversus est de Mesopotamia Syrie; et habitavit iuxta oppidum.

19. Emitte partem agri in qua fixaret tabernacula, a filiis Hemon patris Sichem, centum agnis.

20. Et erecto ibi altari, invocauit super illud fortis- simum Deum Israel.

CHAPITRE XXXIII.

1. Jacob levant ensuite les yeux, vit Esau qui s'avançait avec quatre cents hommes; et il partagea les enfants de Lia, de Rachel et des deux servantes.

2. Il mit à la tête les deux servantes avec leurs enfants, Lia et ses enfants au second rang, Rachel et Jo- seph au dernier.

3. Et lui, s'avancant, adora Esau, et pour lui mar- quer plus de respect, se prosterna sept fois en terre, jusqu'à ce que son frère fut proche de lui.

4. Alors Esau, dont Dieu avait changé le cœur, courut au-devant de son frère, l'embrassa, le serrà éroitement et le bâsia, en versant des larmes de joie et de tendresse.

5. Et ayant levé les yeux, il vit les femmes et leurs enfants; et il dit à Jacob : Qui sont ceux-là? sont-ils à vous? Jacob lui répondit : Ce sont les petits enfants que Dieu a donnés à votre serviteur.

6. Et les servantes s'approchèrent avec leurs enfants, le saluèrent profondément.

7. Lia s'approcha ensuite avec ses enfants, et l'ayant aussi adoré, Joseph et Rachel l'adorèrent les derniers.

8. Alors Esau lui dit : Quelles sont ces troupeaux que j'ai rencontrées? Jacob lui répondit : Ce sont celles que j'ai destinées pour vous les présenter afin de trouver grâce devant mon seigneur.

9. Esau lui répondit : J'ai des biens en abondance, mon frère; gardez pour vous ce qui est à vous.

10. Jacob s'outra : N'en usez pas ainsi, je vous prie; mais, si j'ai trouvé grâce devant vous, recevez de ma main ce petit présent : vous rendrez parfaite la joie que j'ai eue en ce jour ; car j'ai vu aujourd'hui votre visage, lorsque si je voyais le visage de Dieu : j'ai été ravi de vous voir plein de douceur et de bonté pour moi ; soyez moi donc favorable encore en ce point.

11. Et il reçeva ce présent que je vous ai offert, et que j'ai reçu de Dieu, qui donne toutes choses. Esau, après ces instances de son frère, regut avec peine ce qu'il lui donnait.

12. Et il lui dit : Allons ensemble, et je vous accompagnerai dans votre chemin.

13. Jacob lui répondit : Vous savez, mon seigneur, que j'ai avec moi des enfants fort petits, et des bœufs et des vaches pleins; que si je les laisse, en les faisant marcher trop vite, tous mes troupeaux mourront en un même jour.

14. Que mon seigneur marche donc devant son serviteur, et je le suivrai tout doucement, selon que je verrai que mes petits le pourront faire, jusqu'à ce que j'arrive chez mon seigneur en Seir.

15. Esau lui dit : Je vous prie qu'il demeure au moins quelques-uns des gens que j'ai avec moi pour vous accompagner dans votre chemin. Jacob lui répondit : Cela n'est pas nécessaire; je n'ai besoin, mon seigneur, que d'une seule chose, qui est de trouver grâce devant vous.

16. Esau s'en retourna donc le même jour en Seir par le même chemin qu'il était venu.

17. Et Jacob, au lieu d'aller en Seir, comme il l'avait promis à son frère Esau, vint à Socoth, où ayant bâti une maison pour lui, et dressé ses tentes pour ses troupeaux, il appela ce lieu-là Socoth, qui veut dire les tentes.

18. Il passa ensuite jusqu'à Salem, qui est une ville des Sichimites dans le pays de Chanaan, et il demeura près de cette ville depuis son retour de Mesopotamie qui est en Syrie.

19. Il acheta une partie d'un champ dans lequel il avait dressé ses tentes, et en paya cent agneaux aux enfants d'Hébron, père de Sichem.

20. Et ayant dressé là un autel, il invoqua le Dieu très fort, le Dieu d'Israël.

VERS. 3. — IPSE PROGREBENS. Hebraicè est, *vehu abar lipnem*, et ipse transvit vel processit ante illos. Unde patet, Jacobum post primam turmam pecudum et famularum processisse, quasi patrem et ducem ante secundam turmam uxorum et liberorum, pro iis se periculo et morti offerendo.

ADORAVIT PRONUS IN TERRAM. Non Deum, uti volunt aliqui, sed fratrem suum Esau. Jacob ergo adoravit, id est, reverentiam, non sacram, nec divinam, sed humanam et civilem fratri suo exhibuit, inclinando se illi in terram usque septies, per modica intervalla, donec ad fratrem perveniret. Disce hic superbiam et iram mortalium et ferociam, non altâ re magis frangit, quâm supplici submissione, scilicet

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni.

Pugna summa fuit, cum jaceat hostis, habet.

Vide S. Chrysostomum hom. 53.

Ita sanctus ille episcopus, inquit Sophronius in Prato spir. cap. 210, alterum episcopum graviter sibi suisque offensum viet, diu ad pedes ejus cum toto suo clero procedit dicens: Ignosce Domine nobis, servi uti sumus. Stupefactus enim ille, et compunctus in tanta episcopi humilitate, pedes illius tenuit, dicens: Tu meus et dominus et pater es. Dicebat autem clero suo humili ille: Numquid non per Christi gratiam vivimus? et vos ergo cum habeatis inimicum, ita facite, et victores eritis. Simile exemplum habet cap. ult. et aliud cap. penult. Responso ergo mollis, blanda et humilis frangit iram, ut inquit Sapiens.

Allegoricè. S. Cyrilus in Gaphryis 1. 5: Jacob est Christus. Hic primò reconciliator cum Laban, id est cum Gentibus; deinde cum Esau, id est, Iudeis; cum enim plenitudo Gentium intraverit, tunc omnes Israel converterunt ad Christum, et salvabitur.

SEPTIN. Cur septies? — Resp. Allegor. S. Ambros. lib. 2 de Jacob, cap. 6, quia respiciebat in Christum, qui non solum usque septies, sed etiam septuaginta veniam fratris iubaret, Matth. 18, ut ejus contemplatione conuentus Esau, injuriam quam se accipisse putabat, remitteret fratri, et quavis latus in gratiam rediret; quia propterea suscepturam erat carnem Dominus Jesus, et venturus in terras, ut multiplicata nobis donat veniam delictorum.

VERS. 8. — UT INVENIREM GRATIAM, q. d.: Hac tili quasi fratri amantissimo et colandissimo loco munieris premisi, ut tuam gratiam demereris, quô milii si hebelus, omnimumque præteriorum oliviscaris.

VERS. 10. — NOLITA abnuere ea que offero.

MUNICIPAL. Hebraicè est *mincha*, id est, munus quod Deo aut principi, in testimonium subjectionis, ad testam̄ illius excellentiam, deferatur.

SIC ENIM VIDI FACIEN TUA, QUASI VIDERIM VULTUS DEI, q. d.: Mihi timido et auxio, insperata tu vultus clementia et suavitatis, cum tantâ dignitate et excellentiâ conjuncta, tam jucunda et reverenda est quam est vultus Dei, vel angelî, signo aliquo suam opem et presentiam ostendentes; quod vulgo dicitur, *Deus ex machina apparet*. Ita Abulens. Et S. Chrysost.

horn. 58: *Cum tantâ, inquit, jacunditate vidi faciem tuam, cum quântu[m] quis viderit faciem Dei*. Sic enim vertunt Septuag. Quia Hebr. Elohim, tam Deum quâm angelum significat.

Hac arte Taxiles rex Indic sapiens Alexandrum Magnum demulxit, et ex hoste amicum effectit. Salutans enim Alexandrum dixit: « Quid bellis inter nos opus est, cùm neque aquam nobis ademptum, neque viatura necessarium veneris? pro quibus solis necesse habent sancti decertare. Reliquis opibus si ego abundantior sum, impertiari tibi libens; sin inferior, non recuso te grato animo accipere beneficium. Delectatus eâ oratione Alexander, illumique complexus: Amne tu, inquit, hâ comitate certamen evadere putas? erras, quippe contendam tecum beneficis, ne me superes beneficitiâ. Ac numeribus accipias multis, datisque pluribus, denique mille talenta argenti signati ei propinavisti, » inquit Plutarchus in Alexandro. Item Alexander clemens et beneficis fuit in uxorem et filias Darii, quas hinc ceparet; unde Darius vicius, à illis petebat sibi imperium restituì, ut Alexander beneficentiam hanc rependeret; aut, si visum esset Persarm imperium finire, ut illud non in alium, quâm in Alexandrum transferrent. Testis est idem Plutarchus.

Eccce, inquit S. Chrysostomus, blandus augustisque verbis Jacob ferocem fratris animum demulxit, « Nil enim, inquit, mansuetudine violentus. Nam sicut rogum, cùm valde accendiatur, aqua injecta restringit; ita et animus camini magis exardescens, verbum enim mansuetudine prolatum extinguit. Et duplex inde nobis lucrum accrescit, tum quâd mansuetudinem declaramus, tum quâd fratris indignationem cessare facimus, et menteis ejus à turbulente liberamus. Non potest ignis igne extingui, sic nec furor furor demulceri; verum quod igni est aqua, hoc iesi est mansuetudo et mititas. » Ita Esther et Asserum cap. 15. v. 16: Vidi, inquit, te, *Domine, quasi angelum Dei;* et Miphlibothet ad David: *Tu autem, domine mihi res, stet angelus Dei es.*

ESTO MIHI PROPITIUS. Inde colligam to mihi benevolium et propitium esse, mean benedictionem et honorationem, quod tibi offero, non asperneris.

Nota. Hebrei numeri vel donum vocant *benedictionem*, quan scilicet accepterunt a Deo, quâm aliis benedicunt, id est, donatione suâ beneficium. Vide dicta 2 Cor. 9, v. 5 et 6.

VERS. 12. — GRADIANUR SIMIL, salem usque ad mean idemque regionem.

VERS. 15. — FORTAS, lactantes.

CUNCTI, multi, plerique. Est hyperbole.

VERS. 14. — AD DOMINUM MEUM IN SEIR. Ita nunc proponebat Jacob facere, sed postea mentem mutavit, verius ne Esau ejus presenti excitatus, rursus prisitanum revolvens, prisinas renovaret querelas, irasque resumeret; presertim si ipse, fratrem adventantem hospitio et prandio excipiens, mero incallivisset; ita S. August. q. 106.

non modo nummi, hoc est, numerata pecunia, sed omnes res, tam solidae quam mobiles, et tam corporalia quam iura continetur. Resp. secundo, posse cum Pinchus per agnos vel oves centum, acipi 100 nummos, qui dicuntur agni vel oves, cùd ovis effigie in sculptum haberent, uti iam dixi; si tamen tam antiqua sit signature pecunie; nam constat prisos eâ non signati usos esse. Adde, S. Stephanus non de hâ Jacobi, sed alia emptione Abraham loqui, uti dixi.

Domo, territorio vel tugurio.

VERS. 18. — TRANSVITIQUE IN SALEM URBEM SICHIRUM. Chal., Cajetan, et Oleaster: *Salem* accipiunt, non ut proprium, sed ut appellativum, vertuntque *saldus et integer* (hoc enim significat *Salem*) *pervenit in Sichem*. Verum tam Septuag. quânta noster, *Salem* accipiunt ut nomen proprium loci. Salem enim est urbs, que prius Sichem, et corrupte Sichar est dicta, et precium centum agnorum; et pulchritudine in Hebreo aliquid *kesset*, id est, arcus, ad *kessita* id est, agnus. Verum de hoc loco dicatur Gen. 18.

HABITAVIT JUXTA OPIDUM. Videatur hic Jacob se hunc agrum tulisse in gladio et areo suo. Respondet S. Hieron. arma viri pacifici fuisse mercordem hanc, et pretium centum agnorum; et pulchritudine in Hebreo aliquid *kesset*, id est, arcus, ad *kessita* id est, agnus. Verum de hoc loco dicatur Gen. 18.

VERS. 19. — ET INVOCAVIT SUPER ILLUD FORTISSIMUM DEUM ISRAEL. Hebraicè est *ra'aya to el ešlo* *Iisrael*, quod duplicerat verbi potest, duodecim significat, quorum utramque fecit Jacob. Primò, et *invocavit* (Chal. *verit*, *sacrificavit*) super illud fortissimum *Deum Israel*, ita enim vertunt Septuag. Chal., noscitur; altaria enim propriâ ad sacrificium et invocatiōnem eriguntur. Secundo, et *vocavit illud* (altare) *fortem Deum Israel*. Hoc enim propriâ significat Hebreum *lo*. Unde patet Jacobum non tantum adorasse et sacrificasse in hoc altari, sed et illud ipsum dicasse, consecrassè et inscripsisse. Deo. Hunc ergo titulum inscripsit Jacob altari, et *ešlo Israel*, id est, Deus fortissimus Israëlis, vel Deo fortissimo Israëli; non quod ipsum altare esset Deus, inquit Cajetanus, sed quod dedicatum et inscriptum esset fortis Deo Israëlis. Vocat enim Jacob *Deum el*, proper fortitudinem; et *ešlohim*, proper providentiam, gubernationem et justitiam protectionem sibi à Deo contra Esau, Lahan, aliosque hostes exhibitam. Similiter titulum altari Bethel induit et inscripsit Jacob Gen. 53, 7. Sic Rubenita sum altare vocârunt, *testimonium nostrum, quid Dominus ipse sit Deus*, Josue 22, v. ult. Sic Gedeon sum altare vocavit, *Domini paz*, Judic. 6, 24. Sic etiam gentiles aras diebant et inscribant Jovi victori, Minervae sorprite, *Asculapio* servatori, etc. Paro modo Jacob in gratiarum actionem hic Deo liberatori, duci et ducatori aram erigit et inscribit.

DEUS ISRAEL, Deum Jacobi, qui dicitur est Israel. Secundò, Deum posterorum Jacobi, puta Israëlitum, in quibus ipse quasi *el*, id est, fortissimus, et quasi *ešlohim*, id est, judex et vindicta dominabitur, protegens et vindicans eos a Chananis, Philistinis, aliusque hostibus, ut Jacobum protexit et vindicavit. Hic Deus, est Deus pater, Filius, et Spiritus sanctus; sed maximus Deus Filius, qui ex Jacob nasciturus erat, et futurus homo, itaque regnaturus in domo Jacob in eternum. Luca, 55: *hujus enim nomen inter alia est el, id est, fortis*. Isaia 9, 6.

Moraliter, ex hoc capite, adeoque ex totâ vita Jacob, Josephi, Abraham et Isaci liquet quid Deus suos seruos et amicos variis tribulationibus et persecutioibus exercet, ut eos ad decus virtutis et glorie provelat; quod cuim est ignis auro, linea ferro, venti-

labrum tritico, lixivium panno, sal carni, hoc viris justus est tribulatio. Videut cauterum esse vulnus, sed revera est remedium vulneris ; ita vexatio malum esse videatur, sed revera malorum est remedium, atque per eam docemur amare meliora, ne viator tendens ad patriam, stabulum pro domo diligat, inquit S. August. in Sentent., sent. 186.

Hinc discant fideles primò, tribulationes esse signa, non odii, sed amoris Dei. Sunt enim symbola electionis et filiationis divinae. Hoc est enim quod ipse ait Zachar. 13, v. 9 : *Uram eos sicut uritur argentum, et probabo eos sicut probatur aurum.* Et Apoc. 31, 9 : *Quos amo, arguo et castigo.* Et Apost. ad Hebreos 12, 6 : *Quem diligit Deus, castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit.* Et Sap. 5, 6 : *Tanquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accipit eos.*

Discant secundò, tribulationes non ludere, sed purgare et perficere tribulatos. Hinc Job. 25, 10 : *Probanit, inquit, me, quasi aurum, quod per ignem transire.* Et David psal. 16, 5 : *Probasti cor meum, visi-
tasti nocte, igne me examinasti, et non est inventa in me iniurias.* Et Eccl. c. 27, 7 : *Vasa, inquit, figuli probat fornax, et homines iustos tentatio tribulationis.* Verè ergo B. Antiochus homil. 78 : *Si eum cora, inquit, nisi recalescat a praemilliator, non facile in-*

CAPUT XXXIV.

1. Egressa est autem Dina, filia Lia, ut videtur milieus regionis illius.

2. Quam cum videset Sichem filius Hemor Hevaei, princeps terre illius, adamavit eam : et rapuit, et dormivit cum illa, vi opprimit virginem.

3. Et conglutinata est anima ejus cum ea, tristemente delinuit blanditiis.

4. Et pergens ad Hemor patrem suum : *Accipe, inquit, mihi pueram hanc conjugem.*

5. Quod cum audisset Jacob, absentibus filiis, et in pastu pecuniorum occupatis, siluit donec redirent.

6. Egresso autem Hemor patre Sichem, ut loqueretur ad Jacob,

7. Ecce filii ejus veniebant de agro; auditoque quod acciderat, irati sunt validè, eò quòd fons rem operatus esset in Israhel, et violata filia Jacob, rem illicitam perpetravissent.

8. Locutus est itaque Hemor ad eos : *Sichem filii mei adhesit anima filiae vestre ; date eam illi uxorem ;*

9. Et jungamus vicissim connubia ; filias vestras tradite nobis, et filias nostras accipite ;

10. Et habitate nobiscum ; terra in potestate vestrā est ; exerceat, negotiari, et possidere eam.

11. Sed et Sichem ad patrem et ad fratres ejus ait : *Inveniam gratiam coram vobis ; et quacumque statueritis, dabo ;*

12. Augete dotem, et munera postulare, et libenter tribum quod petieritis, tantum date mihi pueram haec uxorem.

13. Respondentur filii Jacob Sichem et patri ejus in dolo, scivientes ob stuprum sororis :

se recipit sigilli impressionem ; ita et homo, nisi la-
borum et multifario infirmatis probetur exercitio
neutiquam sinet insigniri se signculo divinae gratiae.
(Ob hoc Paulo respondit Dominus : *Sufficit tibi gratia
mea ; virtus enim in infirmitate perficitur.*)

Discant tertio calamitates eos perdere, qui rejiciunt tolerantiam, eos tueri qui illam amplectentur. Tribulatio enim patienter tolerata, est porta colli. Hinc de Christo dicitur Luc. 24, 26 : *Oportuit Christum pa-
ti, et ita intrare in gloriam suam.* Paulus ac Barnes ac Actor. 14, 21 : *Per multas, inquit, tribulationes, oportet nos intrare in regnum Dei.* E contrario proprie-
tas et felicitas hiujus vite, est porta gehennæ. Hic de causa impisi eam deus; plus vero in virtute robustos per varias crucis exerceat, et per acerbas calamitatem angustias ducit ad vitam immortalē; hoc est enim quod ipsi aint. psalm. 65, 10 : *Probasti nos, Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argen-
tum.* Et Christus Matth. 5, v. 5 : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur ; et Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Ita Patriarchæ, ita Machabeï, ita martyres, aliqui heroes filii persecutionibus, carceribus, plagiis, eculis, martyris, ignibus exercitu, puriores, fortiores et illustriores evaserunt, nomenque suum coelo et immortalitatē consecraverunt.

CHAPITRE XXXIV.

1. Alors Dina, fille de Lia, sortit pour voir les femmes de ce pays-là ; elle avait environ quinze ans.

2. Et Sichem, fils d'Hémor Hévéai, prince du pays, l'ayant vue, conçut un grand amour pour elle, l'enleva et dormit avec elle par force et par violence.

3. Son cœur demeura fortement attaché à cette fille ; et la voyant triste, il tâcha de la gagner sur ses ca-
resses.

4. Il alla ensuite trouver Hémor, son père, et lui dit : Faites-moi épouser cette fille.

5. Jacob ayant été averti de cette violence, lorsqu'eux enfants étaient absents et occupés à la conduite de leurs troupeaux, il ne parla de rien jusqu'à ce qu'ils furent revenus.

6. Cependant Hémor, père de Sichem, vint pour lui parler.

7. En même temps les enfants de Jacob revinrent des champs, et ayant appris ce qui était arrivé à leur sœur, ils entrèrent en une grande colère, à cause de l'action si honteuse que cet homme avait commise contre la maison d'Israhel, en violent et traitraient entraînementement la fille de Jacob.

8. Hémor leur parla donc, et leur dit : Le cœur de mon fils Sichem est fortement attaché à votre fille ; donnez-lui donc ainsi qu'il l'épouse.

9. Allions-nous réciprocement les uns avec les autres ; donnez-nous vos filles en mariage et prenez aussi nos filles.

10. Habitez avec nous : la terre est en votre puissance ; cultivez-la, traitez-y, et possédez-la.

11. Sichem dit aussi au père et aux frères de la fille : Que je trouve grâce devant vous, et je vous donnerai tout ce que vous désirerez.

12. Faites monter ses droits aussi haut que vous voudrez ; demandez des présents, et je vous donnerai de tout mon cœur ce que vous voudrez ; donnez-moi seulement cette fille, afin que je l'épouse.

13. Les enfants de Jacob, transportés de colère, à cause de l'outrage fait à leur sœur, répondirent frauduleusement à Sichem et à son père Car, quoique il n'y eût point de loi parmi eux qui leur défendît de s'allier avec des incircuncis, ils leur dirent :

14. Non possumus facere quod petitis, nec dare so-
norem nostram homini incircunciso ; quod illicitum
et nefarium est apud nos.

15. Sed in hoc valebimus federari, si voluntas
esse similes nostri, et circumcidatur in vobis omne
masculini sexus.

16. Tunc dabitur et accipiemus mutuò filias vestras
ae nostras ; et habitabimus vobiscum, erimusque unus
populus.

17. Si autem circumcidit nolueritis, tollimus filiam
nostram, et circodemus.

18. Placeat oblatio eorum Hemor, et Sichem filio
eius :

19. Nec distulit adolescentis quin statim quod pete-
latur explorare : amabat enim pueram validè ; et ipse
era inclitus in omni domo patris sui.

20. Ingressus portam urbis, locuti sunt ad pu-
palem.

21. Viri isti pacifici sunt, et volunt habitare nobis-
dom : negotiando in terra, et exerceant, cana qua-
spatio et lata cultoribus indiget ; filias eorum acci-
pient uxores, et nostras illis dabitur.

22. Unum est, quo differt tantum bonum : Si
circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imi-
tantes.

23. Et substantia eorum, pecora, et cuncta quo-
possident, nostra erunt ; tantum in hoc aescampus,
et habitantes simul, unum efficiemus populum.

24. Assensio sunt omnes, circumcisus cuncti
maribus.

25. Et ecce, die tertio, quando gravissimus vulne-
rum dolor est, arreptis, duo filii Jacob, Simeon et Levi
fratres Dinae, gladiis, ingressi sunt urbem con-
fidenter ; interfectisque omnibus masculis,

26. Hemor et Sichem pariter necaverunt, tollentes
Dinam de domo Sichem sororem suam.

27. Quibus egressi, irruerunt super occisos ca-
teri filii Jacob, et depopulati sunt urbem in ultimum
stupri.

28. Oves eorum, et armenta, et asinos, cunctaque
vastaante que in domibus et in agris erant ;

29. Parvulos quoque eorum et uxores duxerunt
captivas.

30. Quibus patratis audacter, Jacob dixit ad Simeon
et Levi : Turpisti me, et odiosum fecisti me Clama-
neis et Phœreis habitatoribus terræ hujus. Nos pauci-
sumus : illi congregati percutient me, et delebor ego,
et domus mea.

31. Responderunt : Numquid ut scorto abutu debuire
sorore nostrâ ?

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — EGRESSA EST AUTEM. Dime lapsus occi-
sio hic fuit egressus. Feminarum enim est domi se
continere, ibique nendo, texendo, acu pingendo, se
occupare. Id veteres fecerunt, elqua de causa in nu-
ptiis, cim sponsa ex domo patris ad domum sponsi
ritu solemniter deducebatur, mox cum collo compita cum
fuso et stamine comitabatur apud Romanos, ut ex Plu-

tarcho et Plinio docet Brissonius de Ritu nuptiarum,
Porro Plinii, lib. 8, c. 48, hujus ritus causam et origi-
nem assignat, dum ait : « Lanam cum fuso et sta-
mine Tamquifis, que eadem Cecilia vocata est, in
templo Sanguis durasse, auctor est M. Varro, factam
que ab ea togam regiam undulatam in aede Fortune,
qua Servius Tullius usus fuerat ; indeque factum est

14. Nous ne pouvons faire ce que vous demandez, ni donner notre cœur à un homme incircuncisé, ce qui est une chose défendue et abominable parmi vous.

15. Mais nous pourrons bien faire alliance avec vous, pourvu que vous vouliez devenir semblables à nous, et que tous les mâles qui sont parmi vous soient cir-
conscis.

16. Nous vous donnerons alors nos filles en ma-
riage, et nous prendrons les vôtres ; nous demeure-
rons avec vous, et nous ne ferons plus qu'un peu-
ple.

17. Que si vous ne voulez point être circonscis, nous reprendrons notre fille, et nous nous retire-
rons.

18. Cette offre plus à Hémor et à Sichem, son fils.

19. Et ce jeune homme ne différa pas davantage à exécuter ce qu'on lui avait proposé, parce qu'il aimait cette fille avec passion. Or, il était le plus considéré dans la maison de son père.

20. Hémor et Sichem étaient donc entrés dans l'assen-
blée qui se tenait à la porte de la ville, ils parlèrent
au peuple :

21. Ces personnes sont des gens paisibles, qui veulent habiter avec nous ; permettez-leur de traîner dans cette terre et de la labourer, étant spacieuse et étendue comme elle est, et ayant besoin de gens qui s'appliquent à la cultiver ; cela sera très-avantageux ; nous prendrons leurs filles en mariage, et nous leur donnerons les nôtres.

22. Il y a qu'une chose qui pourrait différer un si grand bien, qui est qu'aparavant nous devons circonscire tous les mâles parmi nous, pour nous conformer à la coutume de ce peuple.

23. Et après cela, leurs biens, leurs troupeaux, et tout ce qu'ils possèdent seront à nous ; donnons-leur seulement cette satisfaction, et nous demeurerons ensemble pour ne faire plus qu'un même peuple.

24. Ils acquiescèrent tous à cette proposition, et tous les mâles furent circonscis.

25. Mais le troisième jour d'après, lorsque la douleur des plaies de la circoncision est le plus violente, deux des enfants de Jacob, Simeon et Lévi, qui étaient frères témoins de Dina, entrèrent hardiment dans la ville, l'épée à la main, tuèrent tous les habitants.

26. Et entre autres, Hémor et Sichem, et ensuite ils emmenèrent de la maison de Sichem leur sour.

27. Après qu'ils furent sortis, les autres enfants de Jacob jetèrent sur les morts, pillèrent toute la ville, pour venger l'outrage fait à leur sour,

28. Prise les bretelles, les boutons et les aiguilles des ha-
bitants, ruinèrent tout ce qui était dans les maisons et dans les champs,

29. Et emmenèrent les femmes captives avec leur petit enfant.

30. Après cette exécution si violente, Jacob dit à Simeon et à Lévi : Vous m'avez mis tout en désordre, et vous m'avez rendu odieux aux Chanaéens et aux Phœréens qui habitent en ce pays. Nous ne sommes que peu de monde, et si s'assimileraient tous ma maison à l'attaquer, et ils me perdront avec toute ma maison.

31. Ses enfants lui répondirent : Deveant-ils de-
meurer impunis, ceux qui ont va tranquillement leur
prince abuser de notre sour, comme d'une prosti-
tuee ?

ut nubentes virgines comitaretur colos compa cum fuso et stamine. Dina, quia otiosa colum se posuit, egressa se est Sichimitas perdidit. De mulierum *elewylq* dicitur ad Titum 2, v. 5. Recit de Leavinā castā et teatrica, sed vagā cecinit Martial:

Dum modō Lucino, modō se committit Averno, etc., Incidit in flamas, Juvenenque secuta relitto

Conjuge, Penelope venit, abit Helenē.

Idem, pro dolor i. quotidie videmus, virgines que cum juvenibus ambulatūt̄ egreditur, egredi Penelopes, regredi Hellenes; egredi virgines, regredi mulieres, imo meretrices. Prudenter ergo S. Martinus: « Mulier, inquit, intra murorum munimenta se contineat; cujus haec prima virtus et consummatio virtutis est, non videri, » ut refert Sulpius dia-logus 2.

DINA. Erat Dina cùm rapta est, circiter quindecim annorum. Id patet ex eo, quod Dina pene eodem tempore nata sit quo Joseph, ut patet Genes. 50, v. 21 et 24. Joseph autem paulo post hanc venditūs, erat sedecim annorum, ut patet c. 37, v. 2. Rursus id patet ex eo, quod Simeon et Levi erant tum circiter viginti annorum, ut mox dicam; si autem quinquaginta seniores erant Dina et Joseph. Ergo raptus hic Dina, et exdūm Sichem contigit circiter novem annis post discessum Jacob ex Haran et adventum in Chanaan, cùm Jacob ageret annum atatis 106, puta uno anno ante mortem Rachelis et natalem Benjamin, de qua c. seq. v. 18.

UT VIDERET MULIERES. Hebraice *banot*, id est, filias, puta virgines sibi coevas regionis illius, quae tunc magno numero et ornate ad festum sollempne convenirent, si credimus Josepho; sicut haec curiositas Dine, quam luit sui raptu, et tam infami stupro. Nam, ut ait Tertullus. *Publicitio virginis bona, stupri passio est.*

Moraliter hic discant virgines, quā oculos hominem fugere debeant, ut nec videri, nec videre appetant. Refert Sophronius in Prato spir. cap. 179, de virginē quidam, quae fugiens amasim, ne eum scandalizaret, successit in eremum, ibique vixit ad 17 annos, que pro hac fuga duplex à Deo privilegium accepit: Primum, ut cùm ipsa omnes videret, ipsa tamē a nemine videbatur. Secundum, quod, cùm paucā infusa secum tulisset in desertum, et ex iis jugiter comedebat, illa tamen non sint immunita. Idem cap. 60, mirabile refert exemplum de sanctimonialib⁹, quae fugiens amasim, cùm ab eo per intermissiones quiesceret, cur eam ita persequeretur, quid in ea maxima adamaret, illeque respondisset, oculis eius se capi, illa mox effosso sibi oculos ei misit, ut iis se exsatiaret. Quare attonus adolescentes, concupiscentiam penitentiam et compunctionem verti, abdicatisque illecebris, monasticam vitam amplexus est. Vis recentiora? audi S. Egidius, unus e primis S. Francisci sociis, in confessu fratum rogavit eos: Quid vos facitis contra tentationes carnis? respondit Ruffinus: Commodo me Deo et B. Virginī, et supplex me in terram projicio. Juniperus verò ait: Cūm sentio tales cogitationes,

statim dico: A longè, à longè, quia captum est hospitium. Cui Egidius: Tecum, inquit, sentio; nam optimum est fugere. Castitas enim est speculum clarum quod solo intuitu et halitu offuscatur. Ex eadem f. milia F. Rogerius, vir sanctus, nullam feminam, matrem quidem, camque vetulam, aspiciebat in facie Regatus cur, respondit: « Quia quando homo facit quod in se est, Deus vicissim facit quod suum est, et hominemque a lapsu praservat; sin homo se per culu exponat, maximē in matrē tam libricū, Deus eum relinquīt suis viribus, quibus diū resistere non potest. » Sicut enim ferrum trahit magnes, ita virum sua trahit Agnes.

B. Xaverius dicere solebat, feminas majori periculo, vel castitatis, vel fami, quā fructu. Hinc illa provida Societas nostrae strictaque ordinatio, ut feminas etiam pietatis causa nobis viscer non licet, nisi aeras et moribundas, idque nonnisi cum socio, qui omnium quae geruntur testis esse possit. Denique audi quid meretrice docerit S. Ephrem. Ex eremo ille in urbem pergebat, ut ex occurso aliquid pīe instructionis hauriret; occurrit ei meretrice, quae fixa eum intuīta est. Causam rogavit Ephremo respondit meretrice: Quid mirum si ego te intueri, cūm nūlī ex iro facti sit; tu verò in matrem tuam, id est, terram, ex quā plasmatus es, oculos desige. Plura vide no. 25, in fine.

VERS. 2.—PRINCIPES TERRE, filii principis Hemor.

VERS. 5.—CONGLUTINATA EST ANIMA EIUS, velometer et perditē eam amavit; amantis enim anima magis est ubi amat, quam ubi amatur.

VERS. 7.—IN ISRAEL, contra Israel, patrem Dine.

VERS. 11.—AD PATREM (Dine, puta ad Jacobum) ET AD FRATRES EIUS, puta ad Ruben, Simeon, Levi, aliosque Dine fratres.

VERS. 12.—AUGETE DOTEN, q. d.: Non exigo ut Diana quasi sponsa doferat, sed ipse eam dotabo quantum voletis, idque in compensationem injurie illi et volis à me per raptam illata.

VERS. 13.—IN DOLO, quia pacem simulant, cūm uitiationem et cedem Sichimitarum machinantur.

VERS. 21.—VIRI ISTI PACIFICI. Hinc patet, Hemor et Sichimitas se circumcidisse, non amore pītialis et religiosis Iudeis, sed spe lucri et connubiorum cum Israhelis.

NOSTRA ERUNT, per multa coniubia et commercia.

VERS. 25.—DIE TERTIO, QUANDO GRAVISSIMUS VILNERUM DOLOR EST. Infidei Josephus dicit, Sichimitas dolo oppressus esset à Simeone et Levi, cūm convivis et vino indulgeret. Secundū, perperam Calvinus negat, die tertio gravissimum esse dolorem vulnorum; contrarium enim docet, non Simeon et Levi, ex quo rūmento et sensu haec dici putat Calvinus; sed ipse Moses, ipsaque S. Script. hic; ejus enim haec sunt verba. Idem docet Hippocrates lib. de Fracturis, et ratio est, quia primo die, tantum in ipso vulnero divisione sentitur, que vix durat; secundo die locum vulneris fluit pituita, qui est humor lenis et placidus; tertio die defultus eodem bilis, que acris et calida do-

lorem cīet; inde sanguine accidente sequitur inflammatio, febris, etc., que spatio 24 horarum vix mitescunt. Ita Franc. Valesius sacra Philosophie c. 45.

SIMEON ET LEVI, quasi duces cum famulorum turba. Ceteri enim fratres huic stragi non interfuerunt, sed post eam factam in spolia irruerunt, ut patet v. 27. Erat tunc Simeon circiter 21 annorum, Levi 20. Ita S. Chrysost. Abulens., Cajetan. et Pererius; et colligit ex dictis 4.

Quares an hi filii Jacob, edendo hanc stragam Sichimitarum, peccarint? Aliqui eos excusant, cō quod justo bello et strategame injuriam sorori sibiique illatam vindicarint. Cūm enim essent exteri, habentes quasi rempublicam separatam, nec Hemor et Sichem, utpote principes populi, ad aliquod superius tribunal protrahere possent, videntur in eos habuisse jus bellū; cūm nullā alia ratione, quā bello et armis injuriam sibi illatam sarere possent; in bello autem hoc, cūm pacē essent, dolo quasi stratagemate usi sunt, dictiantes: Dolos aut virtus, quis in hoste requirat? Sed respondeo eos peccasse, quia contra pacta cum Sichimitis inita, v. 15, eos invaserunt et trucidarunt. Peccarunt ergo primō, mendacio doloso et pernicioso, ut patet v. 15. Secundū, perfidū; jam enim injuriam condonarent, acceptā justa satisfactione, fidemque dederant foderis, imā coniubii. Tertiō, imprudentia et inaudientia; quod juvenes hīc servidi, rem tam ardūm et periculosam aggressi sunt, sine consilio et auctoritate patris, cui subiecti machinatione hinc hanc omnīmē displicitūr. Hinc peccarunt quoque iniustitia bellī; bellū enim hoc intolerabili Sichimitis privatā auctoritate, non publicā. Ille enim erat in Jacob, quis in capite et principe familiæ, non autem in hisc dubiis ejus filiis. Quartō, sacrilegio; circumcisione enim ad domum suum, et injuriam eadem abusi sunt. Quintō, eruditissima; quod die tertio doloribus afflictos, et quasi moribundos invaserint. Sextō, excessu vindicta; nam non solū Sichem, sed et omnes urbis masculos, in quibus multi erant intacti, nec avenerunt: pueros et feminas capivrantur; a grossis omnes etregres predati sunt, inā et monia urbis diruerunt, uti satis insinuat. Gen. 49, v. 6. Secundū, temeritate et impietate; quod patrem suum Jacob, totamque ejus familiam, odio, neci et predationem obviciunt. Ita S. Thom., Cajetan., Pererius, imō Jacob ipse Gen. 49, v. 5, ubi sic ait: « Simeon et Levi vasa iniuritatis bellantia. In consilium corum non veniat anima mea; quia in furore occiderunt virum, et in voluntate suā suffoderunt murum; maledictus furor, quia pertinax; et indignatio eorum, quia dura. »

Dices: Judith. c. 9, 2, laudare videatur hoc factum et zelum Simeon et Levi. At enim: Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem (græc. τάξις, id est, ultionem) alienigenarum, qui violatores extiterunt in coquitatione suā, et donudaverunt femur virginis in confusione, et dedisti mulieres eorum in prædoniam, et filiis illorum captiuitatem, et prædoniam in divisionem servis suis, qui deluerunt zelum tuum. Respondeo: Judith hic laudat non Simeonis, sed Dei justitiam, quā

permisit trucidari impuros Sichimitas, usus ad hoc audacia et robore aquē ac scelerē Simeonis et Levi. Si enim Deus dicitur dare gladium Chananeis, Turcis et Paganis, cūm eorum viribus et armis utitur ad puniendo peccata fidelium. Sic Isaiae c. 10 dicitur: Virga furoris mei Assur. Sic Attila dicebat se esse flagellum Dei. Par ergo modo dedit Deus gladium, id est, fortitudinem, Simeoni et Levi ad ultimum rapto Dine; sed non tali modo et perfidia peragendam; si enim ipsi cā abusi sunt. Licet enim ipsi id ex zelo fecerint, ut ait Judith, tamē zelus iste fuit contra justitiam, quia contra pacta inita. Hęc tamē omni permisit Deus, et ordinavit ad ponam stupri principis corum. Dicitur ergo dedisse Simeoni gladium ultionis propter duo: primō, quia dedit illi animos, vires et arma, quibus tamē ipsi perfidū abusi est; secundū, quia hanc perfidiam permisit, et ex propo-sito ordinavit ad vindictam stupri.

Rursum, hisce verbis insinuat Judith, populū suo principi in hoc scelerē favisse, eumque in rapto et detentio Dine juvise, foviisse, laudisse; ac proīdicto justo Dei iudicio, omnes hāc clade involutos fuisse.

Tertiō. Nota hic divinam vindictam libidinis et stupri, quam recte sibi suocē facinori, quo Holophernes obruvavit, adaptat Judith.

Quartō, ait Judith Deum dedisse omnem prædam Sichimitorū servis suis, pūtū Simeoni et Levi, cō quod pudicitie zelum habuissent, quatenus scilicet hic zelus erat zelus pudicitie, non autem quatenus indiscretus fuit, injustus, mixtusque cum perfidia aliisque sceleribus. Sie Deus obstetricibus Aegyptiorum, per menaciam servitibus parvulos Illecorum, adificavit domos, non propter mendacium, sed ob pium affectum, et beneficium parvulis impensus. In uno enim eodem operē, aliiquid subinde est boni, quod premiat Deus: et aliiquid malī, quod edit et detestatur.

OMNIBUS MASCULIS. Plerique enim applaustrerunt suo principi raptori, eumque in rapto iuverant.

Nota quod stuprum et raptus ferē nunquam sine ingenti paricio aut bello perpetrata sunt. Testatur hoc excidium Trojæ, ob raptam Helenam, Testatur hoc strages Ammon perpetrata à fratre Absalone, ob vivitam Thamar. Testatur hoc strages totius tribus Benjamin, ob corruptam uxorem Leviticū, Iude. 20. Testatur denique idipsum nostri hi Sichimites. Quocirca sapienter monet parentes et preceptores, eisque dat prudens consilium S. Chrysost. hom. 59: *Refrenemus, inquit, puerorum nostrorum impetus, et eurem eorum castitatem, etc., scientes fornacis incendium, priusquam in luxuriam implipient, studeamus eos iuxta legem Dei nuptias copulare.* Et sub finem: *Ideo oro ut præbeat manus pueris nostris, ut ne etiam pro his que nulli peccaverint, pueras sustineamus instar Heli, 1 Reg. 4.*

Vers. 26.—TOLLENTES DINAM. Rupertus ex Philon tradit Dinam postea nupsisse, fuisseque uxorem Job, de qua Job 1. Job enim natus est paulo post Di-nam, ut patet v. sequenti v. 36. Verum hoc parvum

est probable; nec tale quid in Philone, aliisque antiquis reperitur.

Tropologicè, Philo de migratione Abraham: Dina est anima curiosa, qua à bruta natura rapitur ad sensuallia, qua periculosa sunt; unde violator, et mentis puritatem amittit, sicut carnalis et asinina: Sichen enim stuprator filius est Hamor, id est, asinus; sed eum trucidant Levi et Simeon, id est, prudenter et fortitudine spiritus, atque ita anime suam integratatem restituunt.

Vers. 29. — UXORES DUXERUNT CAPTIVAS. Cum Jacob eadē hanc, utpote perfidam et temerariam impetrat, vers. 50, non dubium est quin ipse illuc iussit captivos omnes remitti, et bona direpta, que supererant, restituiri.

Vers. 50. — TURBASTIS ME, turbastis meam mentem meū et angore, quia anxiū, et pavidū perdidim et temerariam impetrat, vers. 50, non dubium est quin ipse illuc iussit captivos omnes remitti, et bona direpta, que supererant, restituiri.

Nota. Perfidia, uti et perjurium, maximè turbat convictionem et societatem hominum, idèque tam Deus, quām homines eam solent persequi et ulcisci. Ita Se-decias violans fedus cum Nabuchodonosore intum, ab eo captus, regno spoliatus et executus est. Ita Saul agressus Gabonitas et contra fidem eis datum, famis communis, et suorum excidii causa extitit, 2 Reg. 21. Agathocles, tyrannus Syracusanus, datum hostibus suspirandū transgressus est, occisiōne capiūs ridens ad amicos dixit: Cenati juramenti religione erouamus; sed dirē hanc perfidiam luit. Tissaphernes, Persarum dux, fedus cum Agesilaō multum violavit, eique bellum denunciavit; quod libenter arripuit Agesilaus, legatisque dixit, se magnum habere gratiam Tissapherni, quid perjurio sui et deos, et homines sibi infensos reddidisset, adverse verò parti propios, teste Plutarch. in Laco. Alexander Magnus Indos quosdam sibi infestos, contra fidem datum in itinere oppresi; hinc labes ei adhesit, bre-

CAPUT XXXV.

1. Interca locutus est Deus ad Jacob: Surge, et scende Bethel et habita ibi; facque altare Deo qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum.

2. Jacob verò convocata omni domo suā, sit: Abi te deos alienos qui in medio vestri sunt, et mundamini, ac munita vestimenta vestra.

3. Surgite, et ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo: qui exaudiuit me in die tribulationis meae, et socius fuit itineris mei.

4. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, et inauras quae erant in auribus eorum; at ille infudit ea subter terebinthum, que est post urbem Sichem.

5. Cumque profecti essent, terror Dei invasit om-

visque et triatis exitus, uti omnes sciunt. Testis est Plutar. in Alexandro. Carthaginensis senatus Saguntum contra fedus, quod Asdrubal cum Romanis icorat, excisum ab Annibale non tantum probavit, sed et in Romā curiā defendit. Verū hoc cavigillū et laxe perfidia Carthaginis excidio vindicata fuit. Theodatus Gothorum rex, bello undique pressus, ad Justinianum imper. misit legatos, pacem petens, eique totum Gallicorum et Italorum imperium obtulit. Postea vero ex interitu Mundi ducis Justiniani animatus, fidem fecit, arma movit; sed in eo occubuit, atque à suis interfectoris anno regui tertio. Ita Procopius et Bloudus.

Aistolphus, Longobardorum rex, quia contra datam fidem Gregorio III pont. arma inferrebat, pontifex pacis formulam de vexillo crucis suspensam exercitu præléri curavit, cunctis Deum contra perfidum hominem invocantibus: unde a Pepino subactus Aistolphus, miserè tandem perit. Carolus Burgundus audax et invictus, in Lotharingia 250 Helvetos fide circumventos suspensio neceavit, mox alios 300 Granci occidit anno Domini 1476, sed tertio post die Helvetti Carolum aggressi in fugam viderunt; ac tandem sequenti anno eum prorsis excederunt et trucidarunt.

Quocirca recte Valer. Maxim. lib. 9, cap. 6: *Perfidia, sit, tantum incommodi humano generi affert, quantum salutis bona fides praestat.* Habet igitur non minus reprehensionis, quā illa laudis consequatur. Subdit exemplum de Tatio Sabino: Romulo, sit, regnante, Sp. Tarpeici arcī præterat; cuius filiam virginem aquam sacris petitus extra menia egressam, Tatius, ut Salvius in areca secum recipruit, corrupti, mercede nomine pactus, que in sinistris manibus gererent. Erant autem his armilla et annuli magno ex pondere aurī. Loco potius agnum pullum premium flagitante armis obruptam necavit, perinde quasi promissum, quid in ea que latissim gestavérant, solvit. Abst refrenatio; quia impia proditio celeri pœna vindicata est. Et Tacitus I. 1. Annal.: *Proditoris, inquit, etiam illis quos anteponunt, invisi sunt;* amant enim ipsi rem, non reum. Praedare Augustus apud Plutar. in Apophth.: *Ego, sit, proditione amo, proditoris non approbo.* Acutius verò Philippus Macedo apud Stobaeum serr. 52 dixit, *amare se proditoris, non prodidores.*

CHAPITRE XXXV.

4. Cependant Deus parla à Jacob, et lui dit: Allez promptement à Bethel; demeurez-y, et dressez-y un autel à Dieu, qui vous apparaît lorsque vous fuyiez Esau, votre frère.

2. Alors Jacob ayant assemblé tous ceux de sa maison, leur dit: Jetez loin de vous les dieux étrangers qui sont au milieu de vous, *tant ceux que vous avez apportés de Mésopotamie, que ceux que vous avez enlevés de la ville de Sichem;* purifiez-vous, et changez de vêtements.

3. Venez, allons à Bethel, pour y dresser un autel à Dieu, qui m'a exaucé au jour de mon affliction, et qui m'a accompagné pendant mon voyage.

4. Ils lui donnèrent donc tous les dieux étrangers qu'ils avaient et les pendants d'oreilles qui y étaient; et Jacob les cache en terre, sous un térébinthe qui est derrière la ville de Sichem.

5. S'étant mis alors au chemin, Dieu trappa de ter-

nes per circuitum civitates, et non sunt nisi persequi possunt.

6. Venit igitur Jacob Luzam, que est in terrā Chanaan, cognomento Bethel; ipse et omnis populus cum eo.

7. Adificavitque ibi altare, et appellavit nomen loci illius, Domus Dei; ibi enim apparuit ei Deus cum fugeret fratrem suum.

8. Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rabecca, et sepulta est ad radices Bethel subter querum: vocatumque est nomen loci illius, Quercus floridus.

9. Apparuit autem iterum Deus Jacob postquam reversus est de Mesopotamia Syrie, benedicte ei,

10. Dicens: *Nou vocaveris ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum.* Et appellavit eum Israel.

11. Dixitque ei: *Ego Deus omnipotens, cresce et multiplicare: gestes et populi nationum ex te erunt, reges de lumbis quis egredientur.*

12. Terraque quam dedi Abram et Isae, dabo tibi et semini tuo post te.

13. Et recessit ab eo.

14. Ille verò erexit titulum lapidem in loco quo locutus fuerat ei Deus: *libans super eum libanum,* et effundens oleum:

15. Vocansque nomen loci illius Bethel.

16. Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram que dicitur Ephrata; in qua cùm parturier Rachel.

17. Ob difficultatem partis periculari copit. Dixitque et obstertrix: *Noli timere, quia et hunc habebis filium.*

18. Egrediente autem anima præ dolore et imminentia iam morte, vocavit nomen filii sui Benoni, id est, filius doloris mei; pater verò appellavit eum Benjamini, id est, filius dexteræ.

19. Mortua est ergo Rachel, et sepulta est in via que dicitur Ephrata, hinc est Bethlehem.

20. Exirexisse Jacob titulum super sepulcrum ejus: Ille est titulus monumenti Rachel, usque in presentem diem.

21. Egressus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis.

22. Cumque habitatet in illa regione, abiit Ruben, et dormivit cum Bala concubinā patris sui; quod illum minime latuit. Erant autem illi Jacob duodecim.

23. Filius Lice: primogenitus Ruben, et Simeon, et Levi, et Judas, et Issachar, et Zabulon.

24. Filius Rachel: Joseph et Boujamin.

25. Filius Bala: ancille Rachelis, Dan et Neptahali.

26. Filius Zelphaz: ancille Lice: Gad et Aser: hi sunt filii Jacob, qui nati sunt ei in Mésopotamia Syrie.

27. Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambræ civitatē Arbee, hinc est Ilebron; in qua peregrinatus est Abraham et Isae.

28. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum.

29. Consumptusque stata mortuus est, et appositus est populo suo sexus et plenus diem: et sepelitur cum Esau et Jacob filii sui.

reut toutes les villes voisines, et ils n'osèrent les poursuivre dans leur retraite.

6. Ainsi Jacob et tout le peuple qui était avec lui, vint à Luza, surnommée Bethel, qui est dans le pays de Chanaan.

7. Il y bâtit un autel, et nomma ce lieu, la Maison de Dieu, parce que Dieu lui avait apparu en ce lieu lorsqu'il fuyait Esau son frère.

8. En ce même temps, Débora, nourrice de Rébecca, mourut, et fut enterre sous un chêne, au pied de la montagne de Bethel, et ce lieu fut nommé le Chêne des pleurs, parce qu'on y avait pleuré cette mort.

9. Or, Dieu apparut encore à Jacob depuis son retour de Mésopotamie, qui est en Syrie, et il le bénit.

10. Et lui dit: Vous ne serez plus nommé Jacob, mais Israël sera votre nom. Et Dieu le nomma Israël.

11. Il lui dit encore: Je suis le Dieu Tout-Puissant; croisez et multipliez-vous; vous serez le chef de plusieurs nations et d'une multitude de peuples, et des rois sortiront de vous.

12. Je vous donnerai, et à votre race après vous, la terre que j'ai donnée à Abraham et à Israël.

13. Dieu se retira ensuite; c'est-à-dire, qu'il disparut à ses yeux.

14. Et Jacob dressa un monument de pierres au même lieu où Dieu lui avait parlé; il offrit du vin dessus, et y répandit de l'huile.

15. Il l'appela ce lieu Bethel.

16. Après qu'il fut parti de ce lieu-là, il vint au printemps sur le chemin qui mène à Ephrata, où Rachel était en travail.

17. Et ayant grande peine à accoucher, elle se trouva en péril de sa vie. La sage-femme lui dit: Ne craignez point, car vous aurez encore ce fils-ci.

18. Mais Rachel qui sentait que la violence de la douleur la faisait mourir, étant près d'expirer, nomma son fils Benoni, c'est-à-dire, le fils de ma douleur; et le père le nomma Benjamin, c'est-à-dire, le fils de ma droite, le bien-aîné.

19. Rachel mourut donc, et elle fut ensevelie dans le chemin qui conduit à la ville d'Ephrata, appelée depuis Bethéem.

20. Après qu'il fut sorti de ce lieu, il dressa sa tente au-delà de la Tour du troupeau.

21. Et lorsqu'il demeurait dans ce lieu-là, Ruben dormit avec Bala, qui était femme de son père, et cette action ne put lui être cachée; aussi la punit-il par la malédiction de ce fils incestueux. Or Jacob avait deux fils.

23. Les fils de Lia étaient Ruben, l'aîné de tous, Simón, Lévi, Juda, Issachar et Zabulon.

24. Les fils de Rachel sont Joseph et Benjamin.

25. Les fils de Bala, servante de Rachel, étaient Dan et Neptahali.

26. Les fils de Zelphaz, servante de Lia, Gad et Aser. Ce sont là les fils de Jacob, qu'il eut en Mésopotamie, qui est en Syrie, excepté Benjamin, qu'il eut depuis.

27. Jacob vint ensuite trouver Isaac, son père, en la plaine de Mambræ, à la ville d'Arée, appelée depuis Ilebron, où Abraham et Isaac avaient demeuré comme étrangers.

28. Isaac avait alors cent quatre-vingts ans accomplis.

29. Et ses forces étaient épuisées par son grand âge. Il mourut. Ayant donc achevé sa carrière dans une extrême vieillesse, il fut réuni à son peuple; et ses enfants, Esau et Jacob, s'étaient trouvés chez lui, l'enlevèrent avec honneur.

VERS. 4. — INTEREA. Cum mōstus Jacob et anxius timet et expectat Chananorūm incurrsum, ob eadem Sichimitarū, mox Deus hunc illi metum admittit, cumque solutus et corroborat. Ita S. Chrysost.

FACIUS ALTARE ex lapide quem unxisti et erexitis in titulum, cap. 28, 18.

ARJICITE DEOS ALIENOS. Nulli proprii sunt dili alieni; solus enim Deus fidelium, est verū Deus; dicuntur tamen dili alieni, alii scilicet à Deo vero; vel potius, ut Hebrei habent, *elohi nector*, id est, dili alienorum, quos scilicet colunt alienigenae, puta gentes idololatrie et pagane.

Hinc patet, in familiā Jacob fuisse idola et idololatrias. Et quid mirum? habitat enim in domo Laban idololatria per 20 annos; inde uxores et famulos abduxerat. Unde et Rachel fugiens furata est idola patris sui, cap. 31, v. 19. Forte etiam ex recenti preda Sichimitorū, idola eorum famuli Jacob abstulerat, ut vult Procopius. Jam per novemnum à discussu Haran, Jacob habitabat, vel potius peregrinatus erat in Chanaan, nec otium et commoditatem habuerat familiā suam ab idolis et idololatria expurgandi; hanc nunc captat ex metu Chananorū, quo omnes percusi crux, ob stragem editam in Sichimitis; metus enim doces homines Deum agnoscere, et ad eum confugere. Discant hic à Jacob presides et concionatores in publicā clade, calamitate et metu captioccasiōnem per plas leges et exhortationes rapti; et populū à vitia suis expurgandi, ut ita metu hoc et calamitate deo liberetur.

MUNDAMINI, et mutate vestimenta; pro vestibus induite saccum, sive cilicium in signum penitentiae. Secundo et melius, q. d.: Pro vestibus communibus et sordidis, mundas et festivas induite, ut iis animi munditudinem et novitatem profiteantur, vosque comparetis et excietis ad instans sacrificium et festum, ut ad illud mundo et decenti habitis accedatis; ut iam faciem fideles in Dominicis et festis. Hoc enim significat à mundanis. Fuit ergo hec munda et nova vestis signum penitentiae, resipiscientis et religiosi, qui protestabantur se abjectis idolis, unum Deum velle colere, et novam piamque in unius Dei cultu inchoare vitam. Sic Exodi 19, 10, jubet Deus, ut Hebrei in Pentecoste accepti legem in Sinā vestem communem in mundam et festivam committent.

Tropologiam vide apud Rupertum, et S. Chrysost. hom. 59. Ubi docet exemplo Jacob, parentes potius labore debere ut filios plē educent, quam ut eis opes congregent. Quare enim, inquit, et tibi ipsi hac onera spinarum congregas, et filiis tuis materialis te relinqueris non sentis? nescis quid Dominus majorē curam pueri tui gerat? an nescis quid juvenis per se ad ruinam proclivis est, quando autem et opem afflentem accepit, multò magis ad malum proruit? Sicut ignis, cum fontem inventit, validioribus flammis exsurgit, ita et quando in juvenem materia pecuniarum incident, tantum accendit fornacem, ut animam juventis totam flagrare faciat incontinentiā et intemperantiā.

VERS. 5. — SOCUS FUT ITINERIS MEI, duxque conmēs viae, dux in itū in Haran, redux in redditū in Chanaan.

VERS. 4. — INAURES quibus idola, instar hominum, in auribus ornabantur. Unde secundū, Augustinus vocat eos phylacteria deorum. Idem docet S. Chrysost. homitiā 53 in Genes. Lyrarus, et utraque Glossa. Paulū alter Gaspar Sanchez in Isaie c. 44, num. 20; censem enim has inaures fuisse noui idolatorum, sed famularum auribus appensas, sed habuisse insculptas effigies vel signa idolatorum, qua ante colaserant, idēque à Jacob cum idolis fuisse defossas. Si enim gentiles in annulis, armillis, gennitis aut laminis ē collo pendentes deorum snorum imagines gestabant. Unde hoc postea vetuū Pythagoras, uti Clemens Alexander. lib. 5 Pedag. c. 11. Sic Osce c. 2, sit: *Auerat adulteria sua de medio aberum suorum, quis inter ubera, et supra eam laminam gestabat, aut bullam, in qua adulteria, id est, idola, calata erant. E contrario sponsee jubet sponsus Cant. 8: Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, scilicet ut sponso cor et brachium sponsi sui imagine consignet, celata nimis in tabula cordis, aut in brachiorum armillis. Hinc Iudei pī Dei legem, et professionis sue insignia in annulis, bullis et torquibus circumferabant, juxta illud Proverb. 7: Lige ea in diuis tuis, scribe ea in tabulis cordis tui.*

Inquit. Prius confracta, vel liquefacta, prout fecit Moses Exodi 32, 20, et Ezechias 4 Reg. 18, 4. Potiusset Jacob materiam, puta aurum, argenteum, os in suum alium, etiam sacrum (licet id neget Abulensis) convertere, sed noluit, ne quod supercesset vestigium idololatrie, utque suis ejus exercitationem ingeneraret, discentique omnes idola abominari, quasi anathema.

SUPER TEREBINTHUM. Hebreum *ela*, et quercom et terebinthum significat. Andras Masius in Josue ult. vers. 26, putat hanc esse *ela*, id est, quercom, vel terebinthum *More*, id est, illustrē, in qua Abraham primō aram Deo erexit, Genes. 12, 6, et juxta quam Abimelech consecratus est rex, Judic. 9, 6, ideōque eā, quasi sacrā à tempore patrum et avorum, Jacobum idola suorum defodisse. Fuit ergo hec *ela* Sichim, et

Religione Patrum multos servata per annos, quia et sacra. Nam et Josue juxta eam fodus inter Deum et populum sanxit, Josue ult. v. 26.

VERS. 5. — TERROR DEI INVASTIT OMNES. Immissit Deus hunc sacram, et quasi panicum terrorem in Chananorū, ne ex Sicheb absument, et quasi fugientem Jacobum audenter invadere et uicestrī stragem Sichimitorū. Vide, ati S. Chrysost., quid mereatur timor Isaac et Jacob, quo ipse timuit Deum, scilicet ut vicissim Deus faciat eum omnibus terribilem. Nam quando Deus nobis bene voluerit, ē medio tolluntur terribilia omnia. Sicut enim justa fiduciam dedit, ita illis dedit metum, ut licet multi et conglobati, paucos tamen et invalidos aggredi non sint ausi. Idem Dei præ-

dium sepē experientur viri pī in itineribus, dūm in latrones vel predones incidunt.

VERS. 6. — OMNIS POPULUS, ampla et populosa ejus familia.

VERS. 7. — APPELLAVIT NOMEN LOCI ILLIUS, DOMUS DEI. Locus hic prius à Jacob vocatus est Bethel, cap. 28, 19. Hic ergo loco nomen à se inditum iterat et confirmat, simulque illud altari Iudei recens à se adificato communicat. Altare ergo vocavit, cīque hebreum nomen, quasi titulum inscripsit, *elbeth*, id est, Deus fortis Bethel, hoc est, altare dictum Deo Bethel, sive Deo, qui in Bethel, quasi in domo suā habitat, qui mīhi ibi quasi fortissimum apparuit, sūque fortitudine me contra Esāū, Sichimitis, omnesque hostes et terrores corroborat. Vide dicta c. 28, v. 19.

VERS. 8. — DEBORA. Fuit haec nutrita Rebecce, matris Jacobi, quae cum eā ex Haran venit in Chanaan, ad Isacam. Tradunt Hebrei hanc Deboram à Rebécā remissam esse in Haran, ut inde revocaret Jacobum, ac in itinere, dum cum Jacobo redit, mortuum esse, ut hic dicitur.

AD RADICES BETHEL. Bethel ergo in monte era sita.

QUERCUS FLETTUS, quia Jacob cum suis ibi planxit mortem Debora.

VERS. 9. — APPARUIT AUTEM ITERUM DEUS JACOB. Paulō ante apparuerat ei, iubens cum peregre in Bethel; nūc cum in Bethel perenit, ibi eidem rursus appetit. Ita Septag. c. *Hec est terita apparitus, inquit Hugo Card. quā Dominius apparuit Jacob. Primo enim apparuit fugientis Esāū, innixis scala. Secundū, redempti de Mesopotamia in Iudea. Tertiū, hic in Bethel. In quo significatur triplex apparitione Christi. Apparet enim dormientibus in contemplatione: apparet et luctantibus in tribulatione; apparet tandem viventibus in aeternā benedictione. De primā dicit S. Bern: Christus videri vult, non videre; quasi strenuus dux devotī militis, vult vultum sustollī in sua vulnera; sua non sentit, dum illius intubulat vulnera Christi miles; hoc est vivere Christum innixum scala. Unde dicit Apostolus Hebr. 12: Aspicientes in auctorem fidet, et consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contemptum. De secundā dicit idem S. Bernardus: Sustinuit te dilectus, tu dilectum. Non illum vidiē peccata tua, te quoque illius flagella non supererat, et obtinebat benedictionem. De tertīa dicitur Cor. 15: Videmus nūc per speculum in aīgnitate, tunc autem facie ad faciem; et Psal. 46: Saītab cū apparuerit gloria tua.*

BENEDIXITQUE EI, vocando eum Israel, nova promissa, novos animos, novum robur, nova gratia dona ei indendo.

VERS. 10. — NON VOCABERIS ULTRA JACOB, SED ISRAEL. Quares, cur hic nomen Israel, iteratō inditū Jacobo? Respondet Cajetanus, nomen Israel hic iterari alio sensu, ob novum beneficium Jacobo hic promissum, scilicet quid posteri sui futuri essent Israel, id est, principes cum Deo, uti vertit Aquila, Symmachus et

Theodoſion, puta habērent et retinerent suum regnum et imperium quādū ipsi manerent Israel, id est, quādū ipsorum dominaretur Deus, q. d.: Vocaberis Israel, id est, dominabitur Deus; promitto enim tibi tuisque posteris, quid, quādū in corū cordibus per veram fidem, religionem et pietatem me dominari sinent, tamdiū erunt Israel, id est, principes cum Deo; quia à Deo oblinēbunt suum dominatum, principatum et regnum; quando autem abjiciant à se dominium Dei, nolentque Deo subesse, tunc pariter perdent quae suum principatum et regnum terreaū.

Verū ex ipsiis verbis liquet, nomen Israel non alio, sed eodem sensu hic indi Jacobo, quo ei inditum est c. 32, 28, et ita passim docent interpres; et licet aliqui potest ibi hoc nomen tantum promitti, hic verò reip̄sa indi Jacobo; tamen verius est illud ibi indi, hīc verò repeti et confirmari ob novam rationem et causam.

Dico ergo, sicuti c. 32 Jacob anxius propter Esāū, ita hic anxius propter Sichimitas et Chananorū, ne stragem suorum ulciscerentur, seque invaderent, confaratur à Deo, et per Deum Esāū, Sichimitis, omnibusque suis hostibus dominans. Rursum dicitur Israel, quasi futurū totius terre, scilicet Chanaanę, dominis, gentium et regum pater, ut patet v. 11 et 12, et iuxta hoc admitti potest prior expositio Cajetani. Unde quid sit: *Non ultra vocaberis Jacob*, sensus est q. d.: Deinceps non eris tantum Jacob, id est, supplantans Esāū, sed Israel, id est, Deo et per Deum omnibus dominans et prævalens, ut potius vocans sis Israel, quādū Jacob.

Pari modo ob novam hanc secundam visionem et appariotionem Dei secundū idem nomen loco imponit Jacob, eumque vocat Bethel, id est, domus Dei. Unde credit Abulensis cum ex fortitudine et victoriam duo illa nomina sortiunt, Jacob, et Israel, luctator scilicet, ac videns Deum; nam velut alter Hercules luctatus est cum plurimis laboribus, cum fratris minis, cum ingratiitudine Laban; rursum cum timore fratris, cum angelo totā nocte, cum seditionibus librorum apud Sichimitas, cum nece Joseph illat, ut putavit, à ferā pessimā, cum famis acribitate, cum dolore ob Benjamin dactum pro alimonīa, ut omitat alia. Verus planē Jacob, verus luctator: sed nihilominus Israel verus, verus Deum videns; nam, septies Deum, sive angelum vidit. Primō, cūm apparuit ei in scala, Genes. 28. Secundū, in Mesopotamia, cūm demonstravit futuram pecorum, Genes. 30. Tertiō, cūm jussit eum Deus abire à Mesopotamia, Gen. 31. Quartō, cūm castri angelorum vidit aī sui defensione parata, Genes. 32. Quintō, cūm subspicie viri luctantem expertus est. Sextō, cūm post eadem Sichimitarū jussit eum Deus abire Bethel, et illi sacrificare, Genes. 35. Septimō, cūm iterum imposuit illi nomen Israel, Genes. 35. Fuerunt autem hiūmodi visiones, cūm specialibus gratia fortibus conjuncte, quibus Deus labores intermixtas amaritudines egricē temperabat; idēque factum

est, ut idem homo Jacob simul, et Israel, quasi quadam lucarum visionumque Dei statera fuerit, ait Fernand. visione 2.

Tertiò, S. Thomas, Lyranus, et Abul Jacob, inquit, hic vocatur Israel; quia Deus hic exexit Jacobum, ut qui hucusque Jacob, id est, supplantator, vitam activam et lucratorem egerat, contra hostes et vitii dominando, nunc contemplativum agat, sicutque Israel, id est, videns Deum, vel regnans cum Deo, vel, fortis cum Deo, ita ut eum a Deo Deique contemplatione nulla res abstrahere possit, flatque ex ea insuperabilis, et omnium hostium visibilium et invisibilium vicit. Ille sensus verus est et plus, sed tropologicus.

Quarto, S. August. quest. 114: Jacob, inquit, id est, supplantator, significat certaminis et labores presentis vite; Israel vero, id est, videns Deum, significat premium future beatitudinis, et visionis Dei. Sed et hoc pariter symbolicum et analogicum est.

Vers. 11. — Ego Deus omnipotens, qui quo profitio, prastare possum, et presto; hebrei est *Saddai*, de quo dixi c. 17, v. 4, q. d.: Tibi, o Jacob, tae exhibeo ut *Saddai*, id est, frēns mammam, ut ex ea sugars incrementum et multiplicacionem; crescere ergo, et multiplicare. Repetit hic Deus promissiones, quas c. 28 et 31, et 52, audivimus, ne propter stragam Sichinorum à illis perpertratam, Jacob putat eis revocasse Deum, maximè tres, de quibus dubitari poterat. Non primò, gravabat Jacob, quid ipse cum suis pauci essent, et tamen tam multos haberet adversarios; contra hoc audit: Cresce et multiplicare gentes, et populi nationum ex te erunt. Secundò, gravabat eum, quid cum finitimum odiosum fecerant filii. Contra hoc ei dicitur: Reges tumbis tuis egredientur; non ergo eris odiosus, nec despiciens. Tertiò, timebat no finitimi congregati ipsum è terra pellerent. Contra hoc audit: Terram (hanc) dabo tibi. Verè ergo dicere potuit Jacob. Secundum multitudinem dolorum meorum, consolaciones tuae letis facerent animam meam. Vide ergo quid justis omnia subiiciuntur, ut ipsi subjiciuntur Deo.

GENTES ET POPULI NATIONUM EX TE ERUNT. Duodecim enim tribus ex te prosemindantur ita crescent, ut multis genitibus et populis sequuntur.

Vers. 12. — Tibi et semini tuo. Et est exegeticum, significatque, id est. Non enim Jacobo, sed semini, id est, posteris ejus, tradidit Deus Chananiam, sub Iesse.

Vers. 14. — EREXIT TITULUM, qui simul esset titulus, id est, monumentum hujus apparitionis et promissionis divinae, et simul esset altare; unde super eum Jacob sacrificat et libat, id est, effundit in honorem dei libanum, puta vini aliquot mensuras.

EFFUNDENS OLEM, ad consecrationem altaris. Vide dicta c. 28, 18.

Vers. 16. — VENIO TEMPORI. Hebrei est *Kibrat*, quod R. Menachem accepit per metathesim, ut sit idem modi *Kerat*, id est, quasi multum; q. d.: Cum multum magnisque supererset hier Ephratah usque. Secundù, R. Salomon vult *Kibrat* esse nomen mensurae, significareque nulliare, vel leucam, q. d.: Cum super-

esset Ephratah usque. Tertiò optimè noster Kibrat deducit à *bura*, id est, cibare, vel frumentum proferre (inde enim *bur*, vocatur far, sive frumentum) et *caph* servi, quod secundum, vel *juxta* significat, q. d.: Juxta tempus quo terra cibum et segetes effert et profert; quod S. Hieronymus aliquando tempus virationis, aliquando vernum, aliquando electum vocat, derivando *kibrat* non à *bura*, sed à *bur*, quod eligere significat.

Nostus Moses, in morte Rachelis fuisse vernum tempus, ut inquit proper aurum veris tepidiorum non liecuisse Jacobo cadaver Rachelis, ne patresceret, Hebrewi perire, ut ibidem in sepulcro Abrakha et Saræ sepelirentur. Traditum Hebrei, Rachelem mortuam esse anno octava 26; sed, quia Rachelem nubilis erat, cum primò Jacob ad eam venit, ad pectum in Haran; Jacob autem in Haran mansit 20 annis, et post reditum ex Haran, decennio cum eā hucusque habitavit in Chanaan, hinc patet, Rachelem in morte fere quinquagenerum fuisse.

Vers. 18. — BENJAMIN. Rachel moriens filium vocavit Benoni, id est, filium doloris, sed pater Jacob vocavit eum *Benjamin*, idque post mortem matris, ut ostenderet se aquo animo ilium ferre, utque humi filium et fratres ad idem excitaret, hac spe et nomine, quid futurus esset Benjamin, id est, filius dexteræ, hoc est, felix ac validus, licet in senectute patris esset genitus; dextera enim symbolum est roboris et felicitatis. Sic Hebrei mulierem, vel virum dexteræ aut virtutis, vocant eum, qui strenuus est, acer et fortis.

Veterum opinio fuit, felices fore proles, que matre enecta in hunc prodidissent, et talis fuit Scipio Africanus, et Julius Cesar, Caesarum primus, quem à causo matris utero (licet ali à cassarie, ali alunde), Caesar nuncupatum voluit; talis fuit et Benjamin.

Quoniam validi forent posteri Benjamin, patet ex bello, quod ipsi soli contra exteram omnes tribus gererunt, Judic. 20, 16. Secundò, vocatus est Benjamin, id est, filius dexteræ, quia fuit patri charissimus, parentes enim maxime diligunt minimos, quos ultimo loco et in senectute suā genererunt, eosque inter genua, vel ad dextram suam collocant.

Natus est Benjamin anno Jacobi 107; fuit ergo Iosephus junior sedecim annis; hic enim natus est anno Jacobi 91, ac consequenter eodem anno quo natus est Benjamin, venditus est Joseph, puta anno octava sua 16, de quo rursus, v. 28.

Allegoricè, Rachel est Synagoga; Benjamin est Christus et Apostoli, ac presertim S. Paulus ex Benjamin prognatus, inquit Cyrilus; huic enim christiano et apostolo effectu invidi, et indolentia mater Synagoga, sed Pater coelestis fecit eum Benjamin, ut scilicet omnes hostes fortissimè sibi subigret, utque moriens sederet à dextris ejus in celis. Ita Rupertus.

Vers. 19. — VIA QUA DUCIT (à Jerusalem metropoli) EPHRATAM, HEC EST BETHLEHEM. Haec urbs primo dicta est Ephratah, ab Ephrata uxore Caleb, I Paral. 2, 24, quam Hebrewi putant fuisse Mariam sororem Moysi, sed falso. Hac urbs postea dicta est Bethlehem,

id est, domus panis, à fertilitate que ibi fuit, post famem quo acciderat tempore Elimelech, ut habetur in libro Ruth, inquit Lyranus. Similiter Ephrata hebrei significat fertilem, fructiferam, à radice *parsa*, id est, fructificavit. Est enim hic locus fertilis.

Sicut Rachel Benjaminum, ita B. Virgo peperit Christum in Bethlehem; quia Christus panis est et delicia hominum et angelorum. Christum, inquam, quasi suum Benoni, id est, virum dolorum, peperit in summa vilitate et paupertate; quem proinde Pater coelestis sum fecit Benjaminum, Ita S. Hieronymus, qui eā de causā cum S. Paulā in Bethlehem comigravit. Audi eum in Epiphilio S. Paulus. *Jurabat*, inquit, *Paula se in Bethlehem oculis fideli cernere infantem panis involutam, vaginatam in praesepio Domini, Magos adorantes, stellam fulgentem desper, matrem virginem, nutritum sedulum, pastores nocte tenientes, mirisque gaudio laetum loquebatur: Salve, Bethlehem, domus panis; in quā natus est illus panis, qui de celo descendit. Salve, Ephrata, regio uberrima, cuius fertilitas Deus est: ecce audiendum eum in Ephrata, inueniens eum in campo silvis. Hæc requies mea; quia Domini patria est; hic habitat, quoniam Salvator egit eam.*

Vers. 20. — ENERITUR JACOB TITULUM. Bochartus tradit titulum hunc, sive monumentum Rachelis, fuisse pyramidem perelegantem, in eisibus haec dispositi 12 lapides pregrandes, juxta numerum duodecim filiorum Israel.

Vide hic pervetustum ritum erigendi titulos et epitaphia, in memoriam defuncti, juxta sepulcra, inter qua primum quod in Scripturā invenimus, est hoc Rachelis. Ita Simon Machabeus magnifice monumentum erexit super sepulcrum patris et fratrum. I Machab. 15, 50. S. Hier. scribit se ad manuolum Davidis regis precari solitum, epist. ad Maccab. de quo et siit S. Petrus: *Et sepulcrum ejus apud nos est. Act. 2, 29. Audi Prudent, in passione Hippolyti: Plurima literaria signata sepulcrum loquuntur Martyris non nomen, sed epigramma aliquod.*

Vers. 21. — TRANS TURREM GREGIS. Putant Hebrewi hunc locum esse Jerusalem et Sion, sive locum templi; ex eo quod Jerusalem à Michæle cap. 4, 8, vocatur turris gregis. Verum Micheas eam ita vocat per tropum, enigmatis et parabolice; nam turris *Eder*, id est gregis, mille tantum passibus distat à Bethlehem; Jerusalem verò à Bethlehem distat sex milibus passuum. Turris ergo gregis est locus pacis uberrimus, ubi proinde copia erat gregum, sicut inter Hebrewi et Bethlehem, ubi et Jacob gregem suum pavit. Ita S. Hieronymus in epiphilio S. Paulus, Eucherius, Rupert. Unde S. Hieron. Tostatus, Adrichom, et alii putant, juxta hanc turrim apparuisse angelum pastorum, vigilantes super gregem suum, eisque numeris ortum Christi. Et S. Helena mater Constantini Magni, apud hanc turrim insigne extinxit templum, sub nomine SS. Angelorum.

Vers. 22. — RUBEN DORMIVIT CUM RALA. Hinc pater Jacob spolivit Ruben suā primogeniturā, claque mo-

rius maledixit, Genes. 49, 4. Balam autem deinceps Jacob deseruit, nec eam amplius attigit utpote hoc incessu pollutam; siecum David abstinuit concubinus, quas Absalon incestarā, 2 Reg. 16, 22. Sexta haec fuit crux et afflictio Jacob; quinta enim fuit mors Racheli, v. 49.

Vers. 23. — QUI NATA SUNT EI IN MESOPOTAMIA. Scilicet undecim nati sunt in Haran, sed unus Benjamin excipitur; hic enim natus est in Chanaan, iuxta Bethlehem. Ita S. Aug. c. 117. Minus ergo recte S. Cyr. Chrys., Proe. ex hoc loco censem Benjamin conceptum esse in Haran, sed natum in Chanaan; nam natus est Benjamin decennio post exitum Jacobi ex Haran, et habitacionem in Chanaan. Recenset hic Moses posteros Israhelitum, quasi semem electum, ut eos opponat posteris Esau, quasi rejectum, quos recenset cap. sequenti.

Vers. 27. — CIVITATEM ARDEE. In Cariatharbe, sive Hebrewi, ut habitabat, ita pariter mortuus et sepultus est Isae. Tropolog. S. Ambros. ad Irenaeum de immortalitate. Egypt. : *Sequamur, sit, S. Jacob vias, ut perveniamus ad eas passiones, ad eas congresiones, perveniamus ad patientiam (alludit ad matrem Jacob Beccam, quod nomen ipse interpretatur PATIENTIAM) matrem fidium, et ad patrem Isacam, id est, facultatis capacem, letitiae redundarem; ubi enim patientia ibi letitia. q. d.: Sieut conjugantur Rebeca et Isae, sic copulant patientia et letitia, ut letitia quasi fidus maritus patientiam, quasi uxorem, nunquam deserat.*

Vers. 28. — COMPLETI SUNT DIES ISACAE CENTUS OCTOGINTA ANNORUM. Nota seriem chronologiae Jacobi et Isaci; Jacob fugiens Esai ivit in Mesopotamiam, annis octatis sue 77; habet ibi 20 annis; inde redit in Chanaan anno octatis 97; ibi peregrinatus est per decen annos; idque seorsum à patre Isaco: quia utesque erat divas, habebatque copiam gregum, quibus unius ejusdemque loci pascui non sufficerent; inter visitam tamen Jacob subiude patrem, tum per se, tum per famulos, nuntios et litteras. Post 10 annos, puta anno octatis Jacobi 107, quo anno mortua est Rachel, et natus Benjamin, venit Jacob in Hebrewi, ad Isae patrem sumum, iam senio defecientem, stabiliter cum eo mansus; mansit cum patre 15 annos, post quos moritur Isae annum agens 180, qui fuit Jacobi 420, Josephi 26.

Rursum eodem anno, quo mortua est Rachel, et natus Benjamin, qui fuit Jacobi 107, Joseph annum agens 16 à fratribus venditus, abductus est in Egyptum. Mortuus Isaeo, anno octatis sua 180, Joseph in Egypta agebat annum servitus 13, octatis 29, qui fuit annus à diluvio 527, à creatione mundi 2228. Est ergo hic hysteronomia; nam preponitur hic mors Isaci, qua ordine temporis ponenda fuisse post venditionem Josephi, sub fine cap. 40 Genes. Ita Abuleus, Peter, et alii.

Tertiò, supervixit Jacob Isaeo patri 27 annis: mortuus est enim Isae, cum Jacob ageret annum vita 120; Jacob autem mortuus est anno vita 147.

Obliter observa hic annos climaticos vita Jacobi, scilicet 77 exili in Haran, 84 negotiarum cum Rachele

et Liâ, 91 nat. Josephi, et 147 mortis. Omnes enim hi anni sunt septenarii, sive septimi, quos medie perhibent magnam hominum mutationem afferre, uti Jacob hic attulerunt.

VERS. 29. — *CONSUMPTUSQUE REGATE*, deficiente calore naturali, et exarscente humido radicali, quod calorem naturalem pascit et conservat, sicut flamma lucerne pascit oleo.

APPROSUS EST POPULU SOU, patribus in limbo. Vide dicta e. 25, 8. Vixit Isaac 180 anni, nos vivimus 60

CAPUT XXXVI.

1. Haec sunt autem generationes Esaû, ipse est Edom.

2. Esaû accepit uxores de filiabus Chanaan; Ada filia Elon Hethœti, et Oolibama filiam Ane filie Sebeon Heveai.

3. Basemath quoque filiam Ismaël sororem Nabalioth.

4. Peperit autem Ada Eliphaz; Basemath genuit Rahuel.

5. Oolibama genuit Iehus, Iheilon, et Core. Hi filii Esaû qui nati sunt et in terra Chanaan.

6. Tuit autem Esaû uxores suas, et filios, et filias, et omnem animam domus sue, et substantiam, et pecora, et cuncta que habere poterat in terra Chanaan, et abiit in alteram regionem, recessisse à fratre suo Jacob.

7. Divites enim erant valde, et simul habilitate non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis cum præ multitudine gregum.

8. Habitavitque Esaû in monte Seir, ipse est Edom.

9. Haec autem sunt generationes Esaû patriis Edom in monte Seir,

10. Et hæc nomina filiorum ejus: Eliphaz filius Ada uxoris Esaû: Rahuel quoque filius Basemath uxoris ejus.

11. Fueruntque Eliphaz filii: Theman, Omar, Se-pho, et Gathon, et Cenez.

12. Erat autem Thaman concubina Eliphaz filii Esaû; que peperit ei Amalech. Hi sunt filii Ada uxoris Esaû.

13. Filii autem Rahuel: Nathan et Zara, Samma et Meza: hi sunt Basemath uxoris Esaû.

14. Isti quoque erant filii Oolibama filiae Ane filie Sebeon: uxoris Esaû, quos genuit ei: Iehus, et Ihe-lon, et Core.

15. Hi duces filiorum Esaû: filii Eliphaz primo geniti Esaû: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez,

16. Dux Core, dux Gathan, dux Amalech. Hi filii Eliphaz in terra Edom, et hi filii Ada.

17. Hi quoque filii Rahuel filii Esaû: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza: hi autem duces Rahuel in terra Edom: ihi filii Basemath uxoris Esaû.

18. Hi autem filii Oolibama uxoris Esaû: dux Iehus,

aut 70. Vitam brevem esse queruntur homines, quia omnes alii, pauci sibi vivunt; causa est, quia tanquam semper victuri vivunt. Coigit tamen illud Seneca: Tempus vite vel est, vel fuit, vel erit. Quod agimus, breve est; quod acturi sumus, dubium; quod egimus, certum. Quidni ergo ab hoc exiguo et caduco temporis transito, in illa nos toto damnum animo, que immensa, que eterna sunt? quis animalium tuum post vitam locum, que sors expectet, ubi post mortem te natura, inquit Deus componat?

CHAPITRE XXXVI.

1. Voici le dénombrement des enfants d'Esaû, appélé aussi Edom.

2. Esaû épousa des femmes d'entre les filles de Chanaan: Ada, fille d'Elon Hethœti, et Oolibama, fille d'Ane, et petite-fille de Sébón Héveai.

3. Il épousa aussi Basemath, fille d'Ismaël, et sœur de Nabioth.

4. Ada enfanta Eliphaz. Basemath fut mère de Rahuel.

5. Oolibama eut pour fils Iehus, Iheilon, et Core. Ce sont là les fils d'Esaû qui lui naquirent au pays de Chanaan.

6. Or Esaû, après avoir rendu les derniers devoirs à son père, pris ses femmes, ses fils, ses filles, et toutes les personnes de sa maison, son bien, ses bestiaux, et tout ce qu'il possédait dans la terre de Chanaan, et s'en alla en un autre pays, c'est-à-dire, en Seir, où il avait déjà demeuré, et se retrouva ainsi d'après de son frère Jacob.

7. Car comme ils étaient extrêmement riches, ils ne pouvaient demeurer ensemble, et la terre où ils étaient comme étrangers, ne pouvait les contenir à cause de la multitude de leurs troupeaux.

8. Esaû, appélé aussi Edom, habita donc de nouveau la montagne de Seir.

9. Or voici les noms des petits-fils d'Esaû, père des Iduméens, qui lui naquirent depuis qu'il fut venu demeurer dans la montagne de Seir.

10. Et voici apparaissant les noms de ses enfants nés dans la terre de Chanaan: savoir: Eliphaz, qui fut fils d'Ada, femme d'Esaû, et Rahuel, fils de Basemath, qui fut aussi sa femme.

11. Or les fils d'Eliphaz, qui lui naquirent dans la terre de Seir, furent Theman, Omar, Sépho, Gathan, et Cenez.

12. Eliphaz, fils d'Esaû, avait encore une femme nommée Thaman qui lui enfanta Amalech. Ce sont là les petits-fils d'Ada, femme d'Esaû.

13. Les fils de Rahuel furent Nahath, Zara, Samma et Méza. Ce sont là les petits-fils de Basemath, femme d'Esaû.

14. Jéhus, Iheilon, et Core, furent fils d'Oolibama, femme d'Esaû; elle était fille d'Ane, petite-fille de Sébón.

15. *Or la terre de Seir, nommée depuis la terre d'Edom ou l'Idumée, du nom d'Esaû, qui en conqurit la plus grande partie, eut différents princes tant de la race d'Esaû que de celle de Séir, qui l'occupait auparavant tout entière.* Les princes de la famille d'Esaû qui y commandèrent furent d'entre les fils d'Eliphaz, fils ainé d'Esaû, le prince Theman, le prince Omar, le prince Sepho, le prince Cenez,

16. Le prince Core, le prince Gathan, le prince Amalech. Ce sont là les petits-fils d'Eliphaz, qui étaient dans le pays d'Edom, et les petits-fils d'Ada, femme d'Esaû.

17. *D'entre les enfants de Rahuel, fils d'Esaû, furent* le prince Nahath, le prince Zara, le prince Samma, le prince Méza. Ce sont là les princesses sorties de Rahuel prince Méza.

18. *D'entre les fils d'Oolibama, femme d'Esaû,*

dux Iheilon, dux Core: hi duces Oolibama filie Ane uxoris Esaû.

19. Isti sunt filii Esaû, et hi duces corum; ipse est Edom.

20. Isti sunt filii Séir Horrai, habitatores terre: Lothan et Sobal, et Sebeon et Ane,

21. Et Dison, et Eser, et Disan; hi duces Horrai, filii Séir, in terra Edom.

22. Facti sunt autem filii Lothan: Hori et Heman. Erat autem soror Lothan, Thanna.

23. Et ihi filii Sobal: Alvan, et Manahat, et Ebal, et Sepho, et Onam.

24. Et hi filii Sebeon: Aja et Ana. Iste est Ana qui invenit aquas calidas in solitudine, cum pascaret asinos Sebeon patris sui.

25. Habitabat filium Dison, et filiam Oolibama.

26. Et ihi filii Dison: Hamdam, et Ezeban, et Jethran, et Charan.

27. Hi quoque filii Ezer: Balaan, et Zavan, et Acan.

28. Habitabat autem filius Dison: Ius et Aram.

29. Hi duces Horraiorum: dux Lothan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ane,

30. Dux Dison, dux Eser, dux Disan: isti duces Horraiorum qui imperaverunt in terra Seir.

31. Reges autem qui regnaverunt in terra Edom, antequam haberent regem filii Israel, fuerunt hi:

32. Bela filius Beor, nomenque urbis ejus Demab.

33. Mortuus est autem Bela, et regnavit pro eo Jobab, filius Zarca de Bosra.

34. Cùmque mortuus esset Jobab, regnavit pro eo Hosas de terra Thenanorum.

35. Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Adad filius Badad, qui percessit Madian in regione Moab: et nomen urbis ejus Avith.

36. Mortuus est autem Adad, Semla, qui était de Masreca, lui succéda au royaume.

37. Aprés la mort de Semla, Saül qui était des environs du fleuve de l'Euphrate, c'est-à-dire, de la ville de Rohoboth, située sur le bord du fleuve, régna en sa place.

38. Saül étant mort, Balanan, fili d'Achobor, lui succéda au royaume.

39. Après la mort de Balanan, Adar régna en sa place; sa ville s'appelait Phaï, et sa femme se nommait Mectabel, fille de Matred, qui était fille de Mézaab.

40. A ces rois qui commandèrent dans l'Idumée succéderent des ducs ou des princes, qui la gouvernèrent chacun dans son canton; et voici les noms des princes sortis d'Esaû, selon leurs familles, les lieux de leur demeure et les peuples qui en ont été nommés. Le prince Thenan, le prince Alva, le prince Jetheth,

41. Le prince Oolibama, le prince Ela, le prince Phimon,

42. Le prince Cenez, le prince Theman, le prince Malasar,

43. Le prince Magdil, et le prince Hiram. Ce sont là les princes sortis d'Edom qui ont habité dans les terres de son empire: c'est cet Edom, appeler aussi Esaû, qui fut frère de Jacob et père des Iduméens; que les enfants d'Israel doivent par conséquent regarder comme leurs frères.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — ADA FILIA ELON HETHœTI. Nota, viros

et feminas olim fuisse polyonymos, ut dixi can. 19.

Si ergo que hic vocatur Ada, filia Elon Hethœti,

et feminas olim fuisse polyonymos, ut dixi can. 19.